

- 64 Fatendum tamen etiam, plurimis in locis receptum esse, ne quis amplius, quam unius Civitatis civis esse, ac in uno tantum loco domicilium habere possit. Besold. *d. Jur. Civ. c. 5. n. 10.* Afflict. *dec. 384. n. 13.* aut si in alio
- 65 loco domicilium constituerit, ibidemque per annum & diem habitaverit, ipso jure prius domicilium amittat Zanger. *d. Except. p. 2. c. 1. n. 75.* Ricc. *dec. 615. in fin.* Myler ab Ehren-
- 66 bach *addit. ad Rumelin. diss. 5. ad A. B. §. 3. lit. A.* Quod si verò talia statuta aut consuetudines non adsint, utriusque civitatis jura retinet, ac in utroque loco ad munera & onera subditorum tenetur, Dn. Muller. *d. l. lit. a. n. 6.* ibiq; Cost. *d. quot. & rata qu. 92.* nec aliter illis juribus excidit, quam si unum ex his mutaverit.
- 67 Circa quam mutationem, quæ est prioris domicilii resignatio, notandum, eam facti esse, adeoque in dubio non præsumi, Gail. *l. 2. O. 35. n. 7.* Franzk. *l. 1. Res. 16. n. 18.* Menoch. *d. presunt. l. 6. c. 42.* atque hinc ab allegante probari debere. Zang. *d. Except. p. 2. c. 1. n. 10.*
- 68 Struv. *Ex. 9. §. 32.* Carpzov. *l. 6. R. 40. n. 17.* Quemadmodum autem ad constitutionem domicilii duo conjunctim requiruntur, voluntas perpetuo subsistendi & habitatio, de quo superius jam dictum; ita in mutatione domicilii ut utrumque mutetur, & voluntatis ac habitationis mutatio concurrat, necesse est, nec alterutrum eorum hunc effectum producit. Mev. *p. 4. dec. 256. n. 9.*
- 69 Hinc certum est, solam voluntatem, licet verbis vel literis fuerit declarata, non sufficere; sed simul requiri, ut quis à loco prioris domicilii recedat, ibique habitare desinat. *L. 20. ff. ad municip.* Struv. *Ex. 9. §. 33.* Ex quo
- 70 sequitur, quod ille, qui renunciavit foro suo modo in eo;

eo;